

Lucas Bacmeister Friedrich Crüger

## **Disputationum Theologicarum In Decalogum Duodecima, De Legis Impletione, Deq[ue] eiusdem Vero usu Et Abrogatione**

Rostochii: Pedanus, 1611

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774783605>

Druck Freier  Zugang





Contenta:

1. G. Nienfeldt: De lege Dei 1611
2. Joh. Munkianus: De divisione decalogi
3. Fr. Crügerus: In decalogum disp. III. Thesauri?
4. Casp. Dabermannus: De secundo praecepto
5. Joh. Thunius: De tertio praecepto
6. G. Nienfeldt: De quarto praecepto
7. A. Wegener: De quinto praecepto
8. F. Matthaei: De sexto praecepto
9. E. de Beede: De septimo praecepto
10. W. Locius: De octavo praecepto
11. F. Nünningius: De nono et decimo praeceptis
12. Fr. Crügerus: De legis impletione 1611
13. F. Thunius: De convenientiis
14. Fr. Crügerus: De legis impletione 1611 suppl.

1612

R.U.-theol. Bachmeister, Lucas. 1-2

14  
Disputationum Theologicarum  
IN DECALOGUM  
DUODECIMA,

DE LEGIS  
IMPLETIONE,

Deq; ejusdem,  
VERO USU ET ABROGATIONE.  
IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI,  
DEO CONATIBUS ANNUENTE,

SUB PRÆSIDIO  
Reverendi & Clarissimi Viri,  
Dn. *LUCAE, L. F. BACMEISTERI,*  
*SS. Theologiae Doctoris & Professoris publ.*

Proposita  
à  
*FRIDERICO CRUGERO*  
Calisino.

Ad diem 18. Decemb. In Audi-  
torio Boreali.



ROSTOCHII  
LITTERIS JO: PEDANI

Anno æræ Christianæ 1715 CXI.

*Reverendis, Amplissimis, Clarissimis, Præstantissimis*

*U R I S,*

- Dn. DANIELI CRAMERO, SS. Th. Doctori,  
Ecclesiæ Stetiniensis ad D. Mariæ Pastori, & illustris  
ibid. Pædagogij Professori celeberrimo:
- Dn. JOACHIMO PETERSDORFIO Consuli reip.  
Stargardiensis ad Inum prudentissimo.
- Dn. EOBALDO BRUMMERO U. J. D. Syndico  
ibidem consultissimo.
- Dn. PETRO ARSENIO Philof. & Med Doctori  
experientissimo.
- Dn. M. CONRADO BREDENBACHIO Pastori &  
Præposito Ecclesiæ Stargard. præstantiss.
- Dn. THEODORO RINTELMANO Eccle-  
siastæ & Præposito in Jacobshagen  
dignissimo.

*Dominis Mecanatibus meis*

*S.*

**R**edeunt mihi, Reverendi, Amplissimi & præcellentissimi Viri, summâ mihi  
observantiâ perpetim colendi, ad meas pro tempore quales quales operas, præ-  
cipit Superioris Germaniæ oris & Academijs semestri hoc æstivo collustratis,  
luminibusq; Europæis pro meâ tenuitate salutatis, studij hujusce mei tela, quâ inter-  
rupta erat, naviter, pro virili, protrahenda sese obferebat; ejus nexus dum hoc ipso  
Lemmæ Theologico, de novo redintegrari & coatuille debebat, illi mihi jure suo La-  
tini & suffragatoras submisso concilio, advocandi videbantur, & qui benevolentia  
suâ de me meruerant, & quibus mei hæc memoriam non quidem redaperire, sed offi-  
ciosa gratæq; mentis testimonio sufficere par erat; & quorum plerorumq; auctorita-  
te jam tum antea fretus carbasa ventis non infeliciter commiseram; sperans dehinc  
confore, ut aura faventia vestra, cui his qualicumq; nisu disquisitioni publicæ a me  
subjectis thematibus strenuæ loco non debui non velificari, mihi, si non ad graviora,  
ad similia utiq; a ia urgenda calcari propediem addidisse, audire queat. Valet & me  
meaq; studia quæ fieri poterit, poterit autem maximâ, curâ vere movere & promovere  
occupate, ac uti occupatis graviter quaviterq; pergite.

R. R. & E. E. V. V.

observantiss.

Eridicus Crugerus Calisianus





Ornatissimo & Spectatissimo Viro-Juveni,  
Dn. FRIDERICO CRUGERO CALISINO,  
S.S. Theol. Studioſo, amico ſuo  
certiſſimo

**P**RO Dominis Irrant vigiles ſi voce Catelli:  
Nos in laude Dei turpe tacere foret.  
Hæc profitenda Pijs, lingua, calamoq; diſertè,  
Flatus enim Tepidos evomet ore ſacer.  
Laudibus hinc digni, qui nil anfraſtibus uſi  
E ſacro verum codice rite probant.  
Felix id præſtas, decus immortalè CRUGERE,  
Eufebia, ſcandis tu quoties pluteos.  
Errores digito monitras, quos rafa Caterva  
Spargit, & effraenis quos dedit Agricola.  
Hem ſic doctrina eſt è ſacro fonte petenda,  
Error quiſq; vagus ſic reſecandus & eſt!  
A coeptis nol' laudandis ſectier unquam.  
O quantum donum eſt dogmata teire Dei!  
Dogmata difficilem coeli me nitrantia callem,  
Inde beatus eris, quærito clarus eris.  
Det Deus hoc noſtrum locuples contingat utriq;  
His FRIDERICE diu, ſuavis amice, vale.

*Hoc à vobis ediaſtus, ut amicitia non ſucata teſſeram, relin-  
quebat ad Scholæ Oſnabrug. Conſectorat. iurur*

ARNOLDUS BLESSÆUS Limberg. Weſtph.

A L I U D.

**C**RUGERE Anidum ſili, quem Phœbus abundè  
Spaſit aquâ irigui virgine Caſtalij;  
Me ne rogas DE LEGE Theſes ut verſibus ornem?  
Me ne Poëſiſica ſurſur inane mola?


L. pete

I, pete quos ardens evexit ad aethera virtus,  
Horum erit in versu nectar & ambrosia.  
Namq; hoc tute meres, quando probitatis & auctum  
Doctrina cultu divite pectus habes.  
Laud mea laus nulla est: laus haec demum optima laus est  
Quae laudatorum manat ab ore virum:  
Plusq; juvat laudatorum unica punctula laudis  
Quam vel homullorum puncta merere decem.  
Sed quid ego? Virtus tua nullius indiga laudis  
Quod patet interius cur petat exterius?  
Hoc solum te scire velim, me vim indolis altae  
Mirari, & genij divitis acre Sophos:  
Imbutumq; sacris divina è flumine pectus,  
Semper amaturum semper amasse tuum.  
Non hac mentita est evanida vocola lingua:  
Jam pridem fecit res manifesta fidem.  
Et facit ipsa hodie; quando pro tempore lustras  
Divinum vigili strenuitate Forum;  
Et DE LEGE Dei nitens & Praesidis aurã  
Nodosas gaudes dissolvisse plicas.  
Hoc est quod miror, quod amo, quod deniq; laudo,  
Hoc volo te numeris scire CRUGERE meis.

Oportissimæ amicitiae ornatiss. & doctiss.

Juvenis Dn. Friderici Crugeri lubens meritoq; daban.

Jacobus J. F. Fabricius  
Slesvicensis.





DISPUTATIO IN DECALOGUM  
DUODECIMA.  
DE LEGIS IMPLETIONE,  
Deq;  
Vero ejusdem usu & Abrogatione.

*Respondente*

FRIDERICO CRUGERO CALISINO.

Quamquam in singulis singulorum panè præceptorum Decalogi disquisitionibus antehac, pro eâ, quâ decuit, & brevitate, & propositi ratione, sit erutum & declaratum, Legem Moralem non externam duntaxat, sed etiam, & imprimis integram perfectamq; exigere obedientiam, unde cuivis de ejus impossibilitate ultro constare vel poterat, vel certe debebat; istud tamen peculiari in *ἐξέτιος* sub incudem revocare, cum ipsius rei necessitas, ut nimirum, cognitâ nostrâ injustitiâ imbecillitate, illustrius & desiderabilius Christi meritum efficiatur; rùm Papise quarum hoc in loco, Pharisaizantium facilitas (futilitas dixerim) maximopere postulare videbatur. Hac itaq; primùm De Impletione Legis quæstionè propositâ & expositâ; Posteriori tandem loco de Vero eorû triplici Legis usu, deq; ejusdem abrogatione breviter inquiremus.

Matth. 8.  
22, 27.  
Rom 7. 7.  
1. Iob. 3, 5

Dei & 16

THESIS I.

**L**egem Dei equidem in primâ creatione homini inditam, & postea à Deo ipso solemniter repetitam, non frustra latam esse, sed omnes omnium hominum vires, facultates & operationes ita infringere, ut sicubi in minimo deviârunt, æterno supplicio adjudicentur, Deut. 27. 27. Rom. 4, 15. Gal. 3, 10. certum est. Ejus quippe rigor & exactio adeo justa, ut vel calumnia

1.  
Da Imple-  
tione Le-  
gis.  
1. Ea esse  
debet rat.  
1. Justitiæ  
Dei.

Bb

& ser-



& terra prius interirent, quam unicus ex ea aperiret. Matth. 5, 18.  
Quod ipsum etiam ignominiosissima Christi mors crucis, & notum  
est, severitatis & iustitiae divinae adversus peccatum vel uni-  
cum exemplum; & denique nostra ipsorummet conscientia ultrò in  
operibus suis convicta Rom. 2. 15. testatum reddunt.

2. Cum autem homo, amissa per lapsum imagine Dei, se &  
omnem suam posteritatem in exitimas errorum circa agnitionem  
Dei & inobedientia tenebras precipitaverit, nec quo seipsum pro-  
prijs natura viribus restituat, inveniatur, Deus hac miseriâ mise-  
ricorditer motus, misit filium unigenitum Christum Jesum, qui  
legi perfectissimè obadiens, obadientiam & ex hac meritum suf-  
ficientissimum participat verissimè, omnibus certè ~~suâ~~ in se  
credentibus, quae imputata Christi iustitiae merito dicitur, & re-  
natorum legis est impletio.

2 Est etiã  
rat. gra-  
tia divi-  
na.

3. Ex quo apparet renatorum opera in impletione legis neu-  
tquam attendi, quorum perfectionem Pontificij, si ea praestantur  
gratiâ Dei adjuvante, asserunt; Qui demùm controversiae  
cardo est.

τὸν μὴ  
ἐπιπέ-  
ναι ἀ-  
φαιρέσει

4. Non v. An protoplasti in statu integritatis legem imple-  
re potuerint. Id enim utraq; pars adfirmat. Nec 2. An legi possit  
satisfieri ab hominibus in statu corrupta natura extra renovatio-  
nis gratiam constitutis. Id enim utraq; pars negat. Nec 3. An le-  
gi possit satisfieri inchoatè & quoad externas, & quoad inter-  
nas actiones.

Statu  
Contro-  
versie.  
lib. 4. de  
justif. c. 10.  
Sess. 6.  
C. 12.

5. Sed, quemadmodum Bellarmino ipsi statum formare li-  
buit: Virum homines justificati, & gratiâ Domini adjuvante,  
possint ita legem Dei implere, ut opera ipsorum non modò non sint  
appellanda peccata, sed & verè & propriè iusta dici mereantur?  
Hic Nos negativam: Pontificij verò affirmativam propugnant.  
Concilium Tridentinum enim hunc anathema dicit, qui dixerit,  
Dei praecepta homini justificato, & sub gratiâ constituto ad ser-  
vandam esse impossibilia. Et legis impletionem non tantum pos-  
sibilem

fibilem, sed etiam facilem esse in hac vita. Cui hodiernus Romanæ fidei Interpres Bellarm. d. l. applaudens, Catholici, inquit, omnes summa consensione docent, legem Dei absolute esse possibilem, non quidem per solas vires liberi arbitrii, sed per auxilium gratiæ Dei. & Spiritum fidei & charitatis infusum.

6. Sed huic dogmati repugnat: 1. Ipsa natura legis, requirunt exactam & perfectam obedientiam t, eiq; opposita nostra doctias corruptio & depravatio, quam & Paulus exprimit Rom. 7. 14. <sup>moder-</sup> Lex inquit, Spiritualis est, i. e. non tantum externa delicta <sup>xi.</sup> arguit, sed etiam cordis, & omnium virium internarum conformitatem cum Deo requirit: Nos a. carnales sumus, in quorum <sup>& 27. 29</sup> carne nil boni habitat &c. & quam pathetica Sanctorum de <sup>Mat. 22,</sup> nata corruptione & imperfectione querela insinuant, Matth. 6, <sup>37 & 5. 18</sup> 12. Dan. 9, 7. Esa. 64, 6. Iobi c. 9, 2. & 15, 16. Davidis t, Pauli t <sup>† Psal. 19,</sup> Rom. 7. 18, 24. Phil. 3, 12. 2. Eiusdemq; legis <sup>ad vicia</sup> (ratione sc. carnis nostra legem Dei, alioquin sanctam & bonam, <sup>6. & 130.</sup> Rom. 7. 12. 1. Tim. 1, 8. infirmantia Rom. 8, 3. Gal. 3, 21.) s. <sup>3. & 143. 2</sup> impossibilitas, Act. 13, 38. cuius jugum portatu est impossibile Act. 15, 10. Rom. 8, 3. Et ex cuius operibus nullam carnem seu hominem justificari, Rom. 3, 20. adeoq; eandem ne quidem datam esse, quæ possit vivificare Gal. 3, 21. Sed potius eam occidere h. e. hominem propter peccata æternæ morti & damnationi adjudicare 2. Cor. 3, 6. Paulus disertè affirmat.

7. 3. Accedit et nec doctias huius blasphemia in Christi meritum, qui ad id missus est, ut pro nobis legi Dei satisficeret, Gal. 3, 13. & 4, 4. Matth. 5, 17. quod si lex nostris possit impleri operibus, frustra Christus mortuus est, Gal. 2, 21. otiosa gratia per fidem apprehendenda promissio est. Rom. 4, 14. Gal. 3, 18. 4. Neglectio item supina aurei illius <sup>vivendi oratio</sup>, quod tamen Sanctissimi qui nunquam sibi non ob oculos posuere, <sup>† 1. Reg. 8,</sup> ad unum homines, ad Legem Dei relatos, peccatores apertè pronuntiant; <sup>46. Iob. 14</sup> † Nec te quaesiveris extra. Si igitur ex lege <sup>4. Ps. 14, 1</sup> agni- <sup>& 51. 7.</sup>

Bb 2

(Pro. 20, 9. Eccl. 7, 21. Rom. 3, 4. dz ist die flage aller Heilige halb heilig ganz sündler.)

agnitio peccati est, Rom. 3, 2. & 4, 15. & 17. ut illud abundet, Ro-  
man. 5, 20. sitq; potentia peccati, 1. Cor. 15, 56. καὶ κατὰ τὸ ἴσχυ-  
ρὸν αὐτοῦ ἢ ἀνεργεῖα, & supra modum peccans peccatum,  
Rom 7, 13 qui ex eadem iustitia, qui vita aeterna esse, & ad nos  
redundare posset?

8. 5. Ratione idem duplici evinci potest: 1. Si enim per-  
fectè quis legem servare posset, hoc ipso planam fieret, eum pecca-  
torem non esse, ac impudens nec morti, cujus aculeus peccatum  
est, 1. Cor. 15, 56. obnoxium esse. Stipendium enim peccati mors  
est, inquit Paulus Rom. 6, 23. 2. Perpetuam nem in saecula &  
regeneratione opus haut esset, quàm tamen de die in diem renovari  
neceffe habemus. 2. Cor. 4, 16. Rom. 6, 4. Matth. 6, 12.

9. 6. Patrum ὁμοψήφων suffragia si moraremur, suppe-  
terent ea assatim ex Augustin. lib. de Spiritu & grat. cap. ult. Et  
in Epist. 200. & Comm. in Psal. 118. Ambros. in 3. cap. ad Gal.  
Chrysost. in cap. 2 Gal. Justin Martyre, qui in Dialogo cum  
Tryphone, si lex, inquit, potuisset lumen prabere gentibus, quid  
opus fuisset Novo Test. quod Deus se missurum promisit. Cyrill.  
lib. 10. in Job. Nihil per legem perfectum est, nam ejus iustitia  
non potuit perfectè genus humanum ad pietatem reducere.

Lib. 2. de Monachis cap. 10. 10. Quid multus? Eccum confitentem reum Bellarm. què  
non tantum agnoscit Augustinum d. l. & Bernhardum serm. 50.  
in Cantic. à nostrâ stare parti: sed insuper fatetur præceptum di-  
lectionis, juxta ac præceptum concupiscendi hac in vita impleri  
non posse.

11. Bellarmini Φυλακτικῆα, desperatâ causa quotquot  
habet præcipua, hisce distinctionum formis dilui posse arbitramur:  
1. Scriptura enim de perfectione renatorum quandoq; loquitur;  
Aut κατὰ τὴν quæ ab Adversarijs ἀπὸ τοῦ detorquentur. Vt cum  
iustitia causæ particularis, seu, cerit alicujus facti (quorum  
perfectio Josue, 2. Reg. 23, 25. Davidis, Psal 7, 9 & 18, 25. Phi-  
nees, Num 25, 7. Psal. 106, 30, 31. &c. pertinet) ab universali  
iustitiâ personæ non distinguitur.

2. Aut

12. 2. Aut Comparatè, factâ nimirum collatione Vel ad Personas, Hypocritas & profanos homines, quo sensu Noha Gen. 6, 9. perfectus dicitur, & perfectionis vocabulum Matth. 5, 48. 2. Cor. 13, 11. Coloss. 1, 28. & 4. 12. 2. Tim 3, 17. & passim in Epist. Pauli usurpatur: Vel ad rem, ad Hypocrisim & simulationem, quo referri debet phrasis scriptura usitata ex toto corde diligere, ut est in exemplis Davidus, Ps. 118, 10. 1. Reg. 14, 8. Act. 13, 22. Ase, 2. Paral. 15, 15, 17. Jobi, c. 1. Zacharia, Luc. 1, 6. &c. qua non nisi perperam sumuntur Absolutè.

13. 3. Aut distinguit perfectionem inchoatam à perfectione imputatâ. Ubi illa, quæ & perfectio partium dici consuevit, denotat serium in fidelibus studium amplectendâ & retinendâ vera doctrina, præsertim promissionum de Christo, & conaturum retinendâ bona conscientia, carne tamen, quam planè exuere in hac vita non datur, semper concupiscente adversus spiritum, Gal. 5, 17. quò Christus respicit Luc. 17, 10. Si omnia feceritis, dicite, servi inutiles sumus. Et Paulus 1 Cor. 4, 4. Nihil mihi conscius sum, sed in hoc non sum justificatus. Unde iustitia imperfecta dici debet: quod etsi per eam externè iusti & sancti sumus: at tamen per eam vel solam, vel per se simpliciter acceptam, perfectè & formaliter in Dei iudicio nos justificari (quod Pontificiorum figmentum est) discretè negamus, ut ut necessariò conjuncto sit cum imputatâ, à quâ distingui solet, iustitiâ. Non enim est duplex justificatio, alia prima, alia secunda, sed actus ejus est individuus & simul totus.

14. Hæc, (Imputata) quæ in idem perfectio graduum appellatur, supremi est ordinis sive gradus, & numerus omnibus absoluta perfectio, qualis renatis obtingit, cum illorum imperfectio eis non imputatur, sed gratis imputatur Rom. 4. iustitia & perfectio Christi verâ fide apprehensâ. Psal 32, 2. Job 3, 16. Rom. 8, 32 & 9 30 & 10 4 qui nobis factus est à Patre iustitia & sanctificatio 1. Corin. 1, 30. ut justificatio legis impleretur in nobis

† August. in Enchi-  
rid. ad  
Laurent.  
sap. 41.

Rom. 8, 4. & nos efficeremur iustitia DEI in Christo, 1. e. f  
ut nos iustitia Christi iusti coram Deo reputaremur. 2. Cor. 5. 21.  
Unde perfecti in Christo dicimur, Coloss. 1, 10. & consummati in  
perpetuum. Ebr. 10. 14.

15. Accommodari item huc potest, distinctio iustitiæ in Le-  
galem, & Evangelicam.

16. Quibus observatis, cum ex Scripturæ harmoniâ, tum  
ex ἀλλογενέων locorum collatione concilioq; manifestum erit,  
mandata Dei & impossibilia, quoad perfectam sc. obedientiam,  
esse, ab Apostolo Act. 15, 10. Rom. 8, 7. rectè dicit & eadem etiam  
gravia non esse, 1. Joh. 5, 3. ratione nim: cum inchoata obedi-  
entia, quando Spiritu renovationis ducti, non jam servili obsequio  
juxta vetustatem litteræ, sed libero & spontaneo Spiritu Deo ser-  
vimus, & lege Dei delectamur. Rom. 7, 22. Ps. 119, 14. Tu. 2. 14.  
Quæ renatorum opera non legis opera, sed opera & fructus Spiri-  
tus meritis appellantur Gal. 5, 22. lex mentis Rom. 7. 23. lex Chri-  
sti: Rom. 8, 2. tum ratione imputata iustitia Christi, propter quam  
Deus nos non amplius sub lege, sed jam sub gratiâ constitutos Ro-  
man. 6, 14. suscipit, quâq; illa inchoata priorum obedientia tegitur,  
rectèq; Deo placet. Psal. 32, 1. Mors enim, inquit Bernhardus,  
Christi morte fugatur, & Christi iustitia nobis imputatur.

17. Tantum abest, ut homo renatus suâ tantum inchoatâ  
obedientiâ legem perfectè implere queat: ut ut incassum fulmi-  
net contra iustitiam Christi imputatam, supra ex Scriptura as-  
sertam, non tantum Bellarm. sed universa factio Jesuiticæ.

18. Illud igitur dum ὁφθαλμοφανὸς stat evictum, unde  
dogma nefandum De operibus supererogationis stabilitum  
ibitis Papicole? Numquid, unde vocis origo est supposititia, ex  
Luc. 10, 35. ὁ, πὶ ἀνὰ νεοσθέντων ἡσυχῆς. Quodcumq; præterea in-  
sumseris? frustra. Inibi enim. 1. Immensa Christi ipsius φιλαν-  
θρωπία amplificatur, itaq; contra μισανθρωπία indigitatur.  
2. Et si vel maximè omnia, quæ mandata sunt (quæ, qualis, quâ-  
ritur erunt indebita bona opera) fecissetis, quod tamen impos-  
sibile

Berm. de  
sepulch. ad  
milites  
sempit.

Ib. 14

abile, necesse Christo suadente haberetis dicere: Servi inutiles sumus, qua debuimus, fecimus Luc. 17, 10.

19. Ex hisce propemodum identidem patere posset, Quis nam Legis Moralis in Ecclesiâ verus & legitimus usus seu finis sit? Moralem dum dicimus Ceremoniales & Forenses abs quaestione sequestramus. II.  
De Usu  
legis.

20. Moralis itaq; Legis, ut paulò post latius declarabitur, usus potissimam triplex est: Πολιτικός, Ελεγκτικός καὶ Δικαστικός.

21. Politicus externam concernit disciplinam, & non renatos, feros atq; intractabiles homines quasi quibusdam repagulis coercet. 1. Timoth. 1, 9, 10. Galat. 3, 19. ut, quoad ejus in Republ. fieri potest, in officio externa honestatis & tranquillitatis contineantur. Erent. id  
explicat.  
Carochisf.

22. Verùm hujusce disciplina tanti hanc est momenti, ut per se necesse sit quaedam sit ad Christum, ejusq; gratiam, quam externa Magistratus coërcitio necessario prerequisiteur: cum doctrina verbi Dei nec utiliter tradi, nec homines de Evangelio, per quod Spiritus S. est efficax, rectè salubriterq; doceri queant, ubi omnia miscentur sceleribus.

23. Ad hunc legi usum referantur Virtutes Ethnicorum, civilisq; integritas Socratis, Aristidis, Numæ, Scipionum, &c. quos dñs Haldricus Cinglius in Exposit. fid. & eum sequutus exi. Tigrinüs Rud. Gualtherus &c. propter istam externam & politicã vitamq; sinceritatem æternã filiorum Dei beatitudine frui affirmarunt, manifestò liquet, eos quàm longissimè à tramite vera coram Deo justificationis aberrare.

24. Elencticus usus ostendit, arguit & exaggerat peccata, 1. Cor. 15, 56. Rom. 7, 13. concluditq; omnes sub incredulitatem Rom. 11, 32. terret securã corda, ut convertantur & vivant, quã voluntas Dei est, Ezech. 18, 23. & 33, 11. Ose. 11, 8. ac efficiat veram contritionem Rom. 3, 20, & 7, 7. Gal. 3, 19. Lutherus hunc usum etiam Πουδαγωγικόν vocat; hujusq; respectu scripsit (Com. in Gen.) 5, VViteb.

in Genes.) legem esse ministram & preparatricem ad gratiam  
Evangelij qui & introductio melioris Spei appellatur, per quam  
proximamus ad Deum Ebr. 7. 19. Et Spiritualis in justificandis,  
quia Spiritu pauperes Luc. 4. 18. Esai. 61. 1. & 66. 2. ac agrotos  
Matth. 9. 12. ad Medicum querendum impellit Gal. 3. 22. & pa-  
dagogi instar ad Christum Salvatorem & consolatorem urget &  
ducit Gal. 3. 24. Esai. 63. 1.

25. Didacticus, seu Spiritualis in renatis seu justificatis  
est norma & regula bonorum operum, ad quam renati omnia sua  
dicta & facta componere possunt & debent. Psal. 119. 105. Ezech.  
20. 9. Rom. 6. 13. Gal. 5. 13. Eph. 2. 10. Coloss. 3. Docet enim lex  
renatos, qui cultus Deo praestandi sint, quæq; vita Deo verè pla-  
ceat. Fungitur autem hoc suo officio tribus modis: 1. Docen-  
do qui sint fructus Spiritus justificatis condigni, Deoq; placentes  
cultus, ne *ἑδωδὸν ἁγιασμοῦ* crimine se polluant renati. Gal. 3. 13.  
Deut. 12. 8. 32. 2. Arguendo operum imperfectionem, qua à  
renatis fiunt, ne in Pharisaicam operum superbiam incidant, E-  
sai. 64. 6. 3. Excitando in renatis studium bonorum operum.  
Ezech. 20. 19. ne veteri Adamo subinde in carne nostrâ dominium  
affertantilocum relinquunt, neve Spiritui Sancto, volenti novos  
motus operari, contumaciter repugnent.

26. Certamina circa hanc *ἑρμηνείαν* moverunt In Ge-  
nere: 1. Pharisei, quibus persuasum fuit, idcò datam esse le-  
gem, ut per legis opera homo salutem & vitam æternam conseque-  
retur, ut patet ex Matt. 5. 20. & 19. 20. Luc. 10. 25. & 18. 11. 12.  
2. Cerdoniani, Marcionita, Valentiniiani & Manichei, blasphe-  
mantes doctrinam legis non à bono, sed à malo Deo i. e. Diabolo  
profectam esse, abusi dicto Pauli Rom. 7. 15. quos Paulus ipse refel-  
lit Rom. 7. 7. 12. & 1. Tim. 1. 7. 8. 3. Svvenckfeldius cum compli-  
cibus, qui uti omnia ab arcanis raptibus seu enthusiastis depende-  
re somniant; ita omne Dei verbum adeoq; & legem Dei odiosè  
aversantur.

27. In Specie circa unumquemq; legis usum insurrexe-  
runt

Confer D.  
Chemnit.  
part 2. L  
C p. 272  
Et Di. Hut  
in Forin.  
Concord.  
m p 487.

Contro-  
versia.  
Antio-  
mitar.  
συνε-  
φεδαι-  
σμος.

runt fanatici superiorum temporum. Primum seu Politicum usum anxie exagitarunt nonnulli, contententes in non-renatis hoc pacto inique augeri peccata, & inobedientiam reddi atrociolem, siquidem jam tum ista reprehensio in non-renatis peccati rationem habeat: Verū ista fieri ratione subjecti malitios, non verò ratione legis sanctæ & bonæ 1. Tim. 1, 9. palam est. Et homo quis tu es, qui audes Dei sapientiam trutinâ ratiocinij tui pensitare. Rom 9, 20.

28. Secundum legis usum præposterè lancinârunt ij, qui controversiam moverunt. Utrum sola lex, an v. etiam Evangelium arguat peccatum? de qua dicitur infra Disput. de Discrimine legis & Evangelij.

29. Tertium sive Didacticum legis usum quàm acerrimè oppugnarunt, 1. Liberini cum Veteres à Simone Mago orti, unde & propter doctrinæ similitudinem Simoniani sunt dicti, Irenæus lib. 1. cap. 23, 24, & 32. & Augustin. de hæresib. c. 1. tum Recentiores ex Anabaptistis oriundi, docentes & adhuc hodiè palpū facientes antinomici furoribus, renatos omninò à lege esse liberatos, idcirco, repudiatâ legis doctrinâ, in simplici eorum libertate positum esse, vel facere præcepta legis, vel eadem negligere. 2. Antinomi, quorum choragus & hæreseos antesignanus erat M. Jo. Agricola Islebins Apostata, qui horrendum de sanctissimâ Dei Luther. lege & loquutus est, & publicis scriptis docuit; dum eam è templis Christianorum seu ministerio verbi eliminandam, expungendam, & ad curiam adeoq; ad corvos & patibulum relegandam esse contendit, ac concludit inter alia, nullum hominem servari posse, tertio legis usu (quippe quæ sit norma bonorum operum, seu regula vitæ) concessio & stabilitio. vid. Luth. Tom. 1. lat. VII. p. 399.

30. Non est a. ut in hac succinctâ brevitate istorum  $\Phi\lambda\upsilon\alpha\epsilon\iota\alpha\varsigma$  &  $\tau\epsilon\gamma\epsilon\pi\tau\upsilon\gamma\epsilon\iota\alpha$ , Scripturâq; detorsiones incommodas seriatim persequi adnitamur, hæc, rati responsionis loco hîc sufficere, solutionum fundamenta tantum notasse.

31. 1. Tertio enim legis usû, qui renatorum tantum est, à prioribus accuratè distincto, Scriptura, quæ renatos sub lege esse negant,

Ce

negant,



negant, Rom. 6, 14 Gal. 3, 25. & 4, 5. 1. Tim. 1, 9. puta, primi & secundi usus respectu, evidentissimè conciliari possunt. Atq; istis non observatis Adversarij aut  $\alpha\gamma\epsilon\iota\sigma\tau\epsilon\sigma$  τὸ πῶν καὶ ἀπολῶς, aut τῶν ἀγνοῖα ἐλέγξας decipiendo ludunt.

32. 2. Prædicatio Evangelij Marc. 16, 15. uti & ministerium Spiritus, 2. Cor. 3, 6, 7. tanquam potioris  $\kappa\alpha\tau'$  ἐξουσίᾳ partis in Novi Test. ministerio, non modo legis prædicationem non excludunt, sed accuratè includunt, ita, ut utriusq; partis usum necessariò conjunxerit Christus Luc. 24, 47. & Paulus Galat. 3, 22.

In Argu-  
mento  
Common-  
in Epist.  
ad Gal.

33. 3. Lutheri testimonia, qua distortè compilant Antinomi, ipsum antinomicum furorem nequicquam stabiliunt. Quando enim Lutherus, Summa, inquit, ars Christianorum est nescire legem, &c. Comparatè loquitur, respiciens vel ad afflictas conscientias, in novaculâ de desperationis constitutas; vel ad justificandos, quibus nihil cum lege commercij esse debet, quasi ex eâ justificari coram Deo possent: vel ad novum hominem, ut quando ait: renati faciunt bona opera, non quia præceptum urget, sed quia placitum est: puta, in quantum renati sunt, non coguntur à lege, sed à Spiritu Dei impelluntur, ut juxta legis præscriptum vivant. Idem esto judicium similitudinis, Monachorum & Scholasticorum opinioni opposita, d: arbore bonâ, cui, inquit, quemadmodum quis stultè præscriberet, quales deberet ferre fructus, & Soli mandare, ut luceret: ita & eum facere, qui justus velut aliquid præcipere de bonis operibus &c.

34. 4. Quæ de legis abrogatione & inutilitate Matth. 11, 13. Rom. 10, 4. Gal. 3, 19. Ebr. 7, 18, 19. renatorumq; libertate. Scripturæ testimonia ab Antinomis coacervantur, à quibus & de repente pleniùs enodantur, si diligenter & ex  $\epsilon\iota\sigma\tau\epsilon\sigma$  distinguantur leges inter se, ac in quantum & quomodo ea sint abrogata, quod subsequenti hujusce  $\epsilon\iota\sigma\tau\epsilon\sigma$  nostra parte effectum dabimus, demonstratur.

III. De Le-  
gis Abro-  
gatione.

35. Et quidem Legum abrogatio potissimùm spectatur.  
1. Ex distinctione 1. Nominis, seu variorum significativum vocis legis

Legis. 2. Partium inter se, seu, Legis Moralis, quæ talis, à reliquis.

1. Ex causis, 1. Materiali, Eaq, circa quam. 2. Finalibus.

36. Πολυπλοκα vocabuli Legis in Scriptura S. hu fermè in- 1. Distin-  
cluditur: Accipitur enim. Aut 1. Pro rei alicujus naturâ, vi & tio voc.  
impetu, ut Lex mortis, lex in membris, lex peccati, Rom. 7. 6, 23, Legis.  
25. Lex Spiritus vite Rom, 8, 2. Aut 2. Pro Sacrosanctâ Scri-  
pturâ 1. In Genere universâ, Ps. 1. 2. & 19. 8, 9. & 119. 1. Jacob. 1.  
25. 2. In Specie, libros, vel veteris Test. sive omnes; Joh. 10, 34.  
& 15, 35. 1. Cor. 14, 21. sive quosdam, nim: Moses: Luc. 24, 44.  
Rom. 3, 21. vel Novi Test. Esa. 2, 3. Mich. 4, 2. complectente. Aut  
3. Pro politia Mosaica formâ 1. Generaliter veteris fœderis con-  
stitutionem, prout Novo opponitur, notante Matth. 11, 13. Ebr. 7.  
12. & 10. 1. Et sub hujus acceptionis ratione quandoq, absolute  
Moses per μετωνομίας ponitur Act. 15. 21. & 21, 21. quandoq, voca-  
bulum legis adijcitur Act. 13, 38. 2. Specialiter, vel pro Ecclesia-  
sticâ εὐαγγελιστικῆς & Ceremoniales: Luc. 2, 22. 1. Cor. 9, 20. vel  
politica Reipub. Judaica administratione & Forenses leges si-  
gnificat Joh. 7, 51. & 8, 5. & 19, 7. Act. 23. 3. Aut 4. Pro vite  
& actionum normâ, (quæ est Lex Moralis, seu doctrina Deca-  
logi) Rom. 10, 4. 5. & 13. 8. Et hæc quando pro legis operibus poni-  
tur, Evangelio seu fidei opponitur: Rom. 2, 12, 14. & 3, 19. & 4, 14,  
15. & 7, 7. & 10. 4, 5. quando pro legis rigore & maledictione ac-  
cipitur, Gratia opponitur. Rom. 6, 14. 15. Gal. 5, 18. 1. Tim. 1, 9.

37. Moralis itaq, Lex collata ad LL. Ceremoniales & Fo- 2. Distin-  
renses 1. Æterna est & perpetuò durat, cum hæc uti principium ellio partiū  
suum sortita sunt cum Politia Judaicâ, ita cum eâdem & cessâ- Legis.  
runt. Ebr. 8, 13. 2. Omnes homines obligat, ac omnimodam ab  
eis obadientiam cum internam, tum externam requirit: Cerem:  
& forenses v. populo tantum Judaico; & quidem quamdiu politia  
Mosaica viguit, lata fuerunt, externasq, tantum concernunt a-  
ctiones; quæ tamen & ipsæ sine internâ obadientiâ Deo minime  
placuerunt. 3. Omnis expertus est typi & figuræ Cerem. & foren-  
ses v. typi & imagines sunt, & οὐκ ἔστιν ἡ σκιά τοῦ μέλλοντος umbra futu-  
rum,

porum, corpus autem Christi Coloss. 2, 17. 4. Inviolabilis: Haec v. cedunt morali obediencia, Matth. 12. 4, 7, 8.

11.  
Causa.  
1.  
Circa  
quam.

38. Causam materialem seu circa quam aut quibus abrogatae sunt leges divinae, ex precedentibus satis liquere, ac patet in apertis esse, putamus, praesertim quoad Ceremoniales & forenses: Eas enim: in uniuersum omnes omnibus omnino, prout umbra futurorum & nervi politicae Judaicae fuerunt, abolitas, Ephes. 2. 14, 15. abrogatas Ebr. 7, 18. & antiquatas esse, Ebr. 8, 13. nec illas nobis 1. Cor. 7, 18. (puta, sub cultus & necessitatis opinione, extra quam ipsis etiam Apostolis nonnulla τω δαυω γινεσθαι, nempe LL. de festis, de cibis &c. sunt indifferentes Colos. 2, 16.) reuocari aut obseruari licere, nisi velimus cum Iudaeis negare Christum venisse. Ebr. 10, 18. In quantum v. etiam morale quid inclusum gerebunt, conforme q. legi naturae, non id ipsarum fuit; sed lex moralis illud sibi iure suo vendicat.

39. Lex vero Moralis non omnibus est abrogata, sed solis in Christum credentibus, vel potius, ut Apostolus accuratissime loquitur, soli in Christum credentes abrogati vel soluti Rom. 7, 6. & mortui sunt legi, Gal. 2, 19. unde ea ipsis iam amplius non reuocantur & posita est. 1. Tim. 1, 9. 1. Quoad justificationem Gal. 3, 31. 2. Quoad maledictionem, Rom. 8, 1. Gal. 3, 13. 3. Quoad coactionem, Deut. 27, 27. Gal. 3, 10.

40. Rursus ipsa non est abrogata. 1. Quoad doctrinam seu quoad fundamentum, cum Deus vel legem suam perpetuo sonare in Ecclesia Matth. 5, 17. 2. Quoad obedienciam, Rom. 3, 31. & 8, 11. seu quoad partem termini, nempe: ad obsequium filiale in nouitate vitae ambulandi, Rom. 6, 4.

41. Nec obstat nobis Lutheri sententia, quando in cap. 3. ad Galat. super verbas Donec veniret semen, commentatur: Legem Moralem etiam quoad literam desisse. Sunt enim in lege duo haec consideranda: Materiale ipsius legis, & forma lationis. Materiale legis moralis est ipsum iustum, verum, rectum, bonum, quod est immutabile & perpetuum. Forma lationis seu modus, quo lex est lex.

est lex, est terror & rigor legis, seu vis iustionis. Hac quoad literam desijt & abrogata est credentibus, ita ut jam secundum legis prescriptum vivamus, non quia lex iubet, sed quia Spiritu DEI ducimur. Galat. 5, 18.

42. Finales causæ antiquatarum LL. Ceremonialium & forensium rectissime intelligi possunt, considerato fine, propter quem instituta fuerunt. 1. Ut certus esset locus, hisce legibus velut intergerino pariete à reliquis gentibus distinctus & sejunctus, in quo Deus, edito verbo & ingentibus miraculis, sese patifaceret, patifactorumq; libris Prophetiis, voluntatis suae in Lege & Evangelio declaratae deus, regi ynnovis Interpretibus, posteritati committeret. 2. Ut certa esset stirps, ex qua nasceretur Messias. Uterq; finis, & quotquot alij dari possunt, Christum respiciebant, qui istud Aëpæyuo, interstitium maceria, seu intergerinum parietem diruit, Eph. 2, 14. & adventu suo, tanquam seminis illius benedicti, Gal. 3, 19. figuras & umbras abrogando 2 Cor. 3, 11. restatum fecit, tempus illud tempus correctionis esse, Ebr. 9, 10. ac inter suos jam amplius neq; Judaeum, neq; Graecum reperiri Gal. 3, 28 & 6, 14.

43. Summa: Perfectio totius legis Christi est, Rom. 10, 4.

44. Et ista fundamenti solidissimi loco, cum pro adstruendâ nostrâ opfodēxi, tum pro destruendâ, sive Aninomorum & Anabaptistarum, pro omnimodâ abrogatione, sive Judaeorum, pro perpetuâ quarumvis divinarum legum duratione pugnantium protervia & pervicaciâ sufficere, nobis est persuasissimum Quorum ductu simulac sequentia haec (quæq; & ex ijs derivata alia vobis duæque) decidi possunt.

45. 1. Questio: An veri sit Iohannis Piscatoris Herborenensis Theologi sententia; quâ stituit leges Forenses Mosaicæ de iudicijs civilibus, esse quidem civiles, non verò criminales, sed eas quoad pœnas somibus infligendas adhuc servandas esse? Nos negativè subscribimus. 1. Quia tota politia iudicia, cui leges illæ duxerant, deleta est. Gen. 49, 10. 2. Nec Apostoli gentes conversas ad leges illas alligandas, sed magistratibus quibuscunq; potestatem legum condendarum reliquerunt, ijsq; subditos parere voluerunt.

Cc 3.

Rom.

Rom 13. 1. 1. Pet 2, 13. 3. D. nūq; eam esse plerarumq; forensium legum Mo-  
saicarum naturam, ac sublatiis Ceremonialibus, ipsa quoq; stare non possint,  
eleganter ostendit D. Daniel Cramerus classe 5. Scholæ Prophetica pag. 102.

46. 2. Cum LL. Ceremoniales & Forenses omnes, omnibus omnino  
abrogatas dixerimus, *ὅτι πρὸς τὸ ἐργῶν.* Q. Verum præceptum de  
Sabbato sanctificando & observando: Leges nem de Decimis, Levit. 27, 30. &  
De Nuptijs incastis Levit. 18. penitus etiam sint abrogatæ? Resp.

47. 1. Quod Sabbati Sanctificationem attinget, observandum, duo  
in Sabbato notari: ipsam nīm: Substantiam seu Sanctificationem, & deinde  
temporis seu diei Sabbati circumstantiam, ut videl. ea peragatur die septi-  
mo, die sanctificato. Nehem. 10, 31. Hæc determinatio specialis de lege est  
Ceremonialis, utpote quæ fuit Ceremonia pollicæ Mosaicæ propria, adeoq; o-  
mnes hanc obligat. Vnde etiam à Christo dispensationem passit Matth. 12, 8.  
& postmodum ab Apostolis, eam in N. T. inter τὰ ὀνόματα recensenti-  
bus Coloss. 2. 16. in octavum diem, quæ prima Sabbatorum dicitur, quæ ad  
frangendum panem, & ad audiendam verbum conveniebant Actor. 20, 7.  
1. Cor. 16. est translata, & quidem merito in memoriam Resurrectionis Chri-  
sti Marc. 16. 2, 6. quæ dies *κατ' ἐξοχὴν* hinc dicta est *κυριακή* Apoc. 1, 10.  
Ipsa v. Sanctificatio nominis divini Genus est, & de Lege moralī, atq; hinc  
perpetua, immutabilis & universalis, ad quam omnino adstricti sumus, ut  
*ὁμοίως* ergo certum aliquem habeamus in Septimanâ diem, quo ad pu-  
blicum verbi & Sacramentorum ministerium usumq; conveniamus: Privata  
fidei exercitia quotidie urgere tenentur Christiani in N. T. (quippe Spi-  
ritualiter Reges & Sacerdotes Apoc. 1. 6, & 5. 16. imò regnum sacerdotale  
Exod. 19, 6. & Sacerdotium regium 1. Pet. 2, 5.) quibus, exhibitio jam sum-  
mo Sacerdote Christo, & oblato pro peccatis totius mundi sacrificio *ἰδὲν*  
*εἶναι*, & patef. cto aditu in adyta sanctâ, liberè ad Deum accedere licet Ro-  
man. 5, 2. & offerre hostias N. Test. placentes Deo per Christum. 1. Pet. 2. 5.

48. 2. De Decimis Leviticis eadē propemodū est ratio Levit. 27,  
30. Ille enim uti fuerunt, quemadmodum alia LL. Cerem. in Lege natura  
sive moralī fundata, ita abrogatâ speciali exactione, Genus seu fundamen-  
tum ipsum inviolatum manet; nīm: Christianos teneri & Deo, quæ Dei  
sunt, & Cæsari quæ eius sunt reddere & exolvere Matth. 22, 21. non qui-  
dem ad eandem faciem, seu more Mosaico eam Israëlitis, omnes decimas ter-  
re, sive de pomis arborum, sive de frugibus pendentibus, sed vel decimas, vel  
eī. vas, vel nonas, vel undecimas vel duodecimas, sive ex constitutione Ma-  
gistra-

gistratus, sive consuetudine laudabili adeoq; ex libertate Christiana pendere, perinde fuerit, modò ministri Ecclesiæ sustententur, atq; pauperibus subveniatur. Hinc regula. In decimis non quora, sed aliquota est juris naturalis, h. e. Ius naturæ & diuinum flagitat, ut de necessarijs alimentis ministris verbi prospiciatur, sive ea nominentur decimæ, sive stipendia sive salaria.

49. Atq; istud Legis naturæ & moralis esse ostendunt non tantum Veteris Test. Exempla, Abrahami Gen. 14. 20. Melchisedecho Sacerdoti Dei offerentis, & Iacobi Gen. 28. 22. ipsi Deo pollicenti decimas: præter ea Mosai- ca, quæ Levit. 27. 30. Num. 18. 21. Deut. 14. 28. habentur, specialiter ad Levitas directæ, quæ cum Regum avaritia, & cum primis improbitate Reginæ Athaliæ 2. Par. 1. 24. præcisæ & interceptæ essent, abs Iosadâ Sacerdote, & Nehemiâ urbem & templum unâ cum cultu post reditum è Babylone instaurantes, restituantur Nehem. 10. 36. & 12. & 13. Sed etiam Novi T. Apostoli enim quanquam animadvertent Ecclesiâ in Novi Test. tantarum opum publicarum non indigere, quantos requirebat Cultus Leviticus sumptus, tamen in id elaborarunt, ut opulentiores pro suo quisq; arbitrio suis ex facultatibus contribuerent ad rem Ecclesiasticam tam privatim, quàm publicè subleuandam. Cui postmodum Imperatores Christiani ad stipulari sunt, & non tantum ipsas decimas, sed insuper etiam alios redditus annuos ad ministris Ecclesiasticis & pauperum sustentationem pendere curarunt: quos qui post se violenti rapuerunt, anne & simul carbones cum aquila illa in nidum suum intulerint hanc gravitatem agnoscant; Terrori fidelibus sint exempla Iude, Matth. 27. Ananias Act. 5.

50. Liquet hinc peccari circa decimas hodie cum à Pontificijs, cum à Nostris. A Pontificijs quidem, quod eas exigunt, freti auctoritate divinâ. Quia nimirum à Mose sint constitutæ. Atqui si hæc ratio valeret, pariter ceteræ quoq; Mosaicæ ordinationes observandæ essent. Deinde quod illi eas exigunt, qui aut sunt otiosi, ut Monachi; aut ad ministerium prorsus inepti, ut multi Canonici, & pleriq; sacrificati. A Nostris verò peccatur, quod decimas ministerij conservandi causâ à majoribus institutas, magis in luxum aulicum, quàm Ecclesiarum & scholarum debitam conservationem conver- tant. Videatur Marbachius in cap. 27. Levitici. Et Alphonsus de Castro ad- versus hæreses lib. 5. in vocabulo Decimæ.

51. De Nuptijs incitis hæc questio hic à Motteica non est. Pontificij n. & horum præcipuus propagator, Rob. Bellarm. omninò statuunt & dispu- tant, istas LL. Levit. 12. quæ extant, merè Mosaicæ & Leviticæ, seu Cere- moniales esse, & pertinere tantum ad jus positivum Israelitarum, easq; cum

Lib. de  
Matrim.  
c. 27. 28.

Vet. T.

Vet. Test. expirasse, atq; nunc abrogatas & liberatas esse addo, ut primus ducatur  
 gradus consanguinitatis tam in rectâ, quàm in transversa lineâ (Pater  
 filiam, Mater filium lineâ rectâ, Frater sororem lineâ transversâ ducti) iure  
 natura sit prohibitus, & ab homine indispensabilis, in reliquis (lege divinâ  
 expresse prohibitis) Pontificem Rom. dispensare posse, nec eas Christianos omni-  
 modè obligare. Idè suadere annuntur: 1. Exemplis Iacobi Gen. 29, 18. Iudæ  
 Gen. 30, 11. & parentum Moysi Exod. 6, 20. 2. Pœnæ mitigatione. In eos  
 enim qui posteriores gradus violârunt, mitius animus adversum est, quam in il-  
 los, qui priores non observarunt, id quod alienum est à conditione Legum na-  
 turaliũ aut moralium. 3. Præceptorum particularitate, cum non omni-  
 um conjugia prohibeantur intra eundem gradum, utpote patris, vel avunculi  
 cum nepte e.g. Abrahami cum Sarâ Gen. 11. cum tamen ne nepos amitam  
 vel materteram ducat, sit prohibitum. 4. Dei ipsius dispensatione Deut.  
 25. 5. ubi frater fratrum. ἀδελφὸν ducere iubetur, cum tamen non nisi sum-  
 mâ fortè necessitate urgente contra præcepta naturalia Deus disponat.


52. Verùm I. Respon. 1. Non Exemplis sed legibus. 2. Non ab eventu seu  
 impuritate punarum, sed sensu & veritate præceptorum esse iudicandum.  
 Nec 3. ab implicitis statim ad explicita attenuata progredi sed paria quæ sunt  
 ex naturali ἀναλογία estimari oportere. 4. Vltimò quod asuitur extraor-  
 dinarium est. & Vet. tantum Test. proprium, quod si quis ad nos ordinariâ  
 tantum præstate instructos rapere satigeret, ne is testaretur, se distinctio-  
 nem Legis & Euangelij adhuc ignorare, cuius Pontificij non tantum semper,  
 sed adhuc hodiè ab orthodoxis merito incusantur.

53. 2. Contra v. non tantum 1. Ipsum cap. 18. Levit. apertissimè osten-  
 dit, leges istas iuris naturalis & moralis esse, adeoq; perpetuò omnes obligare,  
 Siquidem propter earum transgressionem ipsæ etiam gentes sint puniæ, ut pa-  
 tet ex versic. 24. quæ tamen nusquam ob Ceremonialium violationem puniæ  
 leguntur. Vbi n. non est lex, ibi nulli prævaricatio Rom. 4, 15. Sed etiam 2.  
 Interpretationes & conciones Prophetarum in Vet. Test. Ez. ch 22, 10. Amos  
 2, 7. Et 3. in N. T. Iohannis Baptiste, (quem ultra Prophetarum nullus pro-  
 phetavit Matth. 11, 13. nedum Ceremoniales obligabunt) Herodem ob ince-  
 stum cum fratris herodæ arguentis Marc. 6, 18. Et 4. Pauli, eum, qui nover-

Loc. Com. eam sicam duxerat excommunicantis & Satana tradentis 1. Cor. 5, 1. Atte-  
 part. 3. stionibusq; 5. tales commixtiones ne quidem inter gentes audiri. 1. Cor. 5, 1.  
 loc. de quod etiam liquidò constat ex Imperatorum constitutionibus & Ictorum re-  
 Conjugio scriptis, quæ præter alia incompatibilitatè à incompatibilis vir D. Chemnis,  
 6. 3. 2. 543. b. m. demonstrata memoriæ æternæ consecravit, adversus quæ, quod  
 ne hiscere Adversarij queant, sit  
 SOLI DEO GLORIA.

2





32. *Quarenti causas, cur rigorosa Legis Evangelij predicationi sit pramittenda, has duas persuasio propria iustitia retundatur. 2. Verba in peccatis excusantur. 3. Epicurea securitas summam, ut totus mundus reus fiat Deo. Rom. & scriptura omnia conclusit sub peccato, ut promissioni Christi daretur credentibus. Rom. 11, 32. Gal. 3. sani indigent Medico, Matth. 9, 12. Neque animum veterosus, epicureus, capax esse potest concionatione peccatorum nisi ante sciat, se & peccata remissione summopere indigere.*

33. *Et hac ipsissima est Legis eius Christus Gal. 3, 24. Illa enim iram Dei & aeternam condempnationem sua precepta, tanquam flagra primum ostentant peccatori, simul addit conscientia, ut peccator propria iustitia desperet, iustitiam solidam coram Deo consistentem quarat: quam cum in Lege non invenit, ad Evangelium, in quo quarit Christum, cuius meritum fide apprehendit, a quo remissionem iustitiam, & salutem impetrat. Elegans huiusmodi David, Rex & Propheta, quem gravata super se manus Domini, coegit confiteri peccata, quam conscientia & gratuita peccatorum remissio fuerit.*

34. *10 Denique & in eo Lex & Evangelium spondet quando invicem se illustrant & stabilunt non abrogat nec irritas facit promissiones Dei. Christus non venit solvere Legem sed implere. Mattheus Evangelium non facit irritam Legem, sed eam stabilire. Rom. 3, 31. Idem, dum r. Non admittit nisi Legis imperat, inchoationem nova obedientia, & corda. Jer. 31, 33. Ostendit quoque quomodo secundum primum vivendum, quae opera faciendae qua omittenda.*

*Ef 3*



the scale towards document